Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Articulus III. Quæ sint Papæ reservatæ ex Bullam cœnæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

Visual Library

298. ## ARTICULUS III.

Quæ ſint Papæ reſervatæ extra Bullam Cœnæ.

»RESp. I. *Contra omnes* magis obviæ ſunt ſe-
»quentes. 1. In incendiarios. 2. In habentes
»litteras Apoſtolicas falſas, & non deſtruentes;
»item in falſarios litterarum Apoſtolicarum. 3.
»In effringentes & ſpoliantes Eccleſias. 4. In
»communicantes eodem crimine cum excom-
»municatis à Papa. 5. In vexantes eos, qui cen-
»ſuram in alios tulerunt. 6. In abſolutos ab ex-
»communicatione ſub conditione, & non im-
»plentes. 7. In violantes interdictum Papale. 8.
»In dantes & recipientes aliquid ex pacto, ob ad-
»miſſionem ad religionem. 9. In Simoniacos
»reales, circa ordinem vel beneficium. 10. In
»committentes ſimoniam confidentialem. 11.
»In impedientes executionem litterarum ſacræ
»pœnitentiariæ. 12. In dantes & recipientes ali-
»quid pro gratia, aut juſtitia apud Sedem Apo-
»ſtolicam. 13. In committentes duellum, atque
»ad id cooperantes, ſuadendo, &c. 14. In mu-
»lieres ingredientes Monaſteria Regularium. 15.
»In impugnantes inſtitutum Societatis JESU.
»16. In facientes jurare illicita, & contraria li-
»bertati Eccleſiaſticæ. 17. In rapientes bona Ec-
»cleſiaſtica; item exigentes tributa ab Eccleſia-
»ſticis. 18. Violantes libertatem Eccleſiaſticam
»quoad fugientes ad Eccleſiam. 19. Docentes
»poſſe fieri confeſſionem in abſentia. 20. In eos,
»qui alterutram opinionem de Conceptione B.
»Virginis damnant peccati mortalis, vel hære-
»ſeos: item in eos, qui in concionibus aliisque
»publicis actibus, ut lectionibus, concluſioni-
»bus, aſſerunt B. Virginem Conceptam in ori-
ginali

ginali. 21. In percuſſores Clericorum; Quæ»
cùm celebris ſit, & multa ſcitu neceſſaria ha-»
beat, agetur de ea peculiariter *infrà.* »
Reſp. II. *Contra Clericos & Religioſos*, ſunt hæ:»
1. Participantes in ſacris cum excommunicatis»
à Papa. 2. Procurantes alienationem Eccleſia-»
rum. 3. In Concionatores, qui ſcripturæ ſen-»
ſum à Doctorum interpretatione alienum, cir-»
ca tempus Antichriſti & extremi judicii alia-»
que ſimilia revelata prædicant. 4. In Parochos»
non implentes juramentum de reſidentia fa-»
ctum. 5. In Mendicantes tranſeuntes ad alium»
ordinem, præter Carthuſiam. 6. In Moniales»
exeuntes clauſtra ſine licentia. 7. In religioſos,»
qui ſine privilegio vel ſpeciali licentia Parochi»
Clericis aut laicis Sacramentum Euchariſtiæ»
vel Unctionis miniſtrare, vel Matrimonia ſo-»
lemnizare præſumunt. »

ADDENDA.

QUæſt. 36. *Quid præterea hìc ſit notandum.* ℞. 299.
Etiam nihil occurrit. Quinam hìc dicantur ſimoniaci reales, quinam confidentiales, dixi l. 3. p. 1. à n. 212. & 220. Quandonam incurratur & quis abſolvere poſſit ab excommunicatione lata contra duella & cooperatores, dixi ibid. à n. 847. De exitu Monialium extra clauſtra, dixi l. 4. à n. 66. De ingreſſu mulieris in Monaſterium Religioſorum, dixi ibid. à n. 87. Circa impedientes jus aſyli, & quinam illo gaudeant, dixi ibid. à n. 1392. Circa docentem, quòd confeſſio fieri poſſit in abſentia, dixi l. 6. p. 2. à n. 1195. Excommunicationes ſeptuaginta & unam extra Bullam cœnæ breviter collegit *Polonus* in append. ad direct. Confeſſ. pag. 113.

ARTI-